

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Johannis Segeri Weidenfeld De Secretis Adeptorum Sive Usu Spiritus Vini Lulliani Libri IV**

**Weidenfeld, Johann S.**

**Londini, 1684**

23. Acetum acerrimum veg. Riplei

[urn:nbn:de:bsz:31-96282](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-96282)

23. Acetum acerrimum vegetabile  
five Ignis adepti, Ripley ex Tar-  
taro calcinato.

Pag. 331. Concord. Raym. & Guid.

Re. **T**artarum vini, & calcina in albedinem. Re. Hujus cal-  
cinati Tartari libram unam, & pulverisatam pone in  
magna cucurbita vitrea, & superfunde fortissimi spiritus vini  
(*phil.*) dimidium poculum, aut parum plus, claude os op-  
timè, & stent in aqua frigida horis 24, tunc appposito recipiente  
destilla in Balneo levi igne, ita tamen ut possit destillari, quæ  
destillatio levis continuetur, quoad phlegma ascendat, quod ex  
gustu debet cognosci, tum permitte inrigidari, & rursus ap-  
pone ad prædictum Tartarum, novum spiritum vini, eadem  
quantitate, ut supra, faciendo omnia, ut antea.

Quod opus reiterabis quindecim vicibus. Sed quando vas ape-  
ritur in singulis imbibitionibus, caveas ante omnia à subito  
odore hujus Ignis adepti. Hoc opere quindecim vicibus com-  
pleto, sepone tres uncias hujus igniti Tartari ad partem, ad  
multiplicandum oleum mercuriale, ut inferius patebit. Re. Re-  
liquam partem hujus igniti Tartari, destilla in arena fortissimo  
igne, qui ignis ita destillatus habet colorem album, & est na-  
tura ignita nostra, noster Mercurius, nostra Aqua vitæ, denique  
clavis nostræ scientiæ.

§. Menstruum hoc idem est, quoad ingredientia & vir-  
tutem cum cælo vegetabili Lullii, sed oportet instar cæli  
istius circulari, ut lacteum & opacum suum amittat colorem,  
hujusmodi acquirat diaphaneitatem claritatemque. Receptum hoc  
extat etiam apud Johannem de Rupefissa, quod cum hoc compa-  
rare convenit, præsertim cum variet quodammodo in circumstan-  
tis, dum Tartarum vini *phil.* spiritu imprægnatum ante ejus de-  
stillationem dissolvat per deliquium.

24. Aqua